

1247

I C O D I C E S D

1248

Mala punica. *Wolchbürrige Öp-
phel.*

Crater. *Choph.*

III. fol. 75. p. 2. Succedunt
varia Homiletica. 1) Sermones in
Commune de Apostolis, Marty-
ribus, Confessoribus et Virgini-
bus. 2) De Ecclesia militante sub
schemate Civitatis Apocalyp-
ticae c. 21. 3) Praecepta e XII.
Prophetis et variis Patribus. 4)
Sermones de Sanctis per anni cir-
culum, quorum Autorem ad Or-
dinem Minorum pertinere, pro-
babile fit ex Historiola, quae re-
fertur de E. *Alexandro* quodam
in Sermone de Exaltat. S. Crucis
f. 172.

IV. fol. 205. p. 2. Incipit *Li-
ber Scacorum*. Ita quidem: *Ego*

*Multi sunt presbiteri,
Qui non sciunt, quare
Supra domum domini
Gallus solet stare,
Et hoc uolo breuiter
Vobis indicare.*

sed multum depravati sunt. Dein
duplex brevicula *Dominicae Ora-
tionis* Expositio.

DXLIX.

U. 299 Codex chartaceus lat. Sec. XV.
Folior. 101. f. per duas colum-
nas exaratus est *Tabula* five Index
in D. *Thomae Aquin. Opera* non
omnia, sed ea, quae in Prooe-
mio, quod simul utendi methodum
docet, enumerantur; sunt vero:
Summa, Opus super librum sen-

Violata. Genaczoget.
Flumina. Vlutunge.

*frater Jacobus de Cessolis ordinis
fratrum Predicatorum uisus fra-
trum plurimorum et multorum sco-
larium nobilium dignitate &c.* Ne
aetum agam, vide, quae de hoc
Opere Vol. I. P. 2. col. 2339. di-
cta sunt. Hic adhaeret *Sermo bo-
nus de Nouo sacerdote.*

V. fol. 228. Sequitur *stella cle-
ricorum*. Initio: *Quasi stella matu-
tina in medio nebulae &c.* Saepius
a me relata et frequenter typis
excusa.

Terminant Codicem fol. 235.
Rhythmi de Gallo in turribus
Templorum, qui ineunt in hunc
modum:

*Gallus est mirabilis
Dei creatura,
Et recti presbiteri
Illius figura.
Gallus nunquam negligit
Tempus uespertinum &c.*

*tentiarum, Summa contra genti-
les, Questiones de potentia dei,
de veritate, Quolibeta tredecim,
Questiones de uirtutibus in com-
muni, de malo, de spiritualibus
creaturis et de anima.* Nota Quod-
libeta *tredecim* pro XII. Noster
enim illis accenset Quaestionem
de *Unione Verbi*, quae potius ad
alias hic enumeratas Quaestiones
pertinet, et in edit. Rom. 1570.
f. cum iis T. VIII. constituit. Ta-
bula ceterum alphabetica est, ab
Abraham pertingens usque ad *Zi-
zaniam.*

zaniam. Prooemium orditur: *Ad intellectum tabule compilate ad opus beati Thome de Aquino sciendum est quod tabula remittit primo ad summam Theologie &c.* Atque haec *Tabula* rudimentum fortasse fuit amplissimae illius, quam condidit *Petrus de Bergamo O. P.* quaeque primum typis *Balth. Azzoguidi* prodiit *Bonomiae* 1475. saepius deinceps recusa, ut habes *T. I. Scriptt. Ord.* p. 864. Monet *Quetifus b. l.* in *Edit. Rom.* 1570. conditorem *Tabulae Petrum* perperam dici mortuum a. 1484. pro 1482. Sed is, siquidem error est, jam in antiquioribus exemplis, puta *Venet.* 1497. legitur.

DL.

U. 291 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 227. f. per duas columnas fat bene exaratus, rubricis decoratus, et, ut praenotatur, a. 1428. Collegio Ducali additus testamento *M. Theodorici de Hamelburgk S. T. D.* qui nobis non semel memoratus eum teste *p. ult.* a *D. Jobanne Deyffenhusen* anno 1421. emerat, ita minio inscribitur: *Incipit Summa de theologia edita a fratre fratre thoma de aquino prima pars.* Et ad calcem: *Explicit liber primus summe fratris thome de aquino ordinis fratrum predicatorum Magistri in theologia.* Operis hujus notissimi *Historiam lit. criticam* habes in *Scriptoribus Ord. Praed. T. I.* p. 290. In *Edit. Opp. Thomae Rom.* 1570. f. occupat *Tomos X. XI.*

XII. Prodiit vero seorsim cura *Job. Nicolai* ejusd. *Ord. Paris.* 1663. f. cui *Editioni* comparatum praesens *Exemplar* recte habere comperi. *Initium* est: *Quia catholice ueritatis doctor non solum prouectos debet instruere &c.* et *Finis:* *talis enim partus decebat eum qui est super omnia benedictus deus in secula amen.* *Praeuius Quaestionum et Articulorum Index* capite mutilatus est.

DLI.

Codex membraneus lat. Sec. R. 665
XIV. Folior. 182. f. per duas columnas luculente scriptus et coloribus distinctus aliud *Exemplar* est ejusdem *Operis* praevio *Indice* alphabetico et *Titulorum*, ad quorum calcem: *Expliciunt tituli prime partis summe fratris thome de aquino ordinis fratrum predicatorum*, et ad calcem totius: *Corpus scriptoris seruet deus omnibus bonis. Explicit prima pars Summe fratris th. de aquino predicatoris. in qua continentur Distinctiones 119. questiones autem 584.*

DLII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 292
Folior. 338. f. per duas columnas nitide scriptus, et rubro distinctus aliud *Exemplar* est *Partis I. Summae* theologiae *D. Thomae Aquinatis*, et ipsum integrum, nisi quod ad calcem exciderint *Indicis contentorum* *Extrema.* *Nulla* vero in toto *Codice* *Autoris* mentio.

DLIII.